Wilhering 68

ca. 140 x 210 —

foll. 1 - 68* Pag. ; Rest. Pap. s. XIV

1r: (rot) Excerpta REGINGOTI de dictis patrum
Rogatu Reginmari Epi

Placuit pie humilitati vestrae pater et domine negotium hoc iniungere parvitati meae ut ex diversis preceptis et doctrinis patrum excerperem et in unum colligerem eos flores quas solemus quasi singulari nomine sententias appellare. Quapropter vestrae potius auctoritatis fiducia quam mea fretus sapientia. quae vel nulla vel vix aliqua est ita excerpendo collegi ut de meo nihil quidem adderem sed potius multiplicia patrum verba et prolixa eorum dicmata non meis sed suis verbis adbreviando contraherem. Quamvis enim nihil superflui posuerint patres per spiritum dei loquentes. lectori tamen festinanti cognoscere summam tedium forsan nasceretur prolixitate dilationis. Apposui quoque singulis sententiis suos titulos. scilicet quis quodlibet dixerit. et ubi dicta repperienda sint. duabus quippe